



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Medit. Procœmalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

dicares? idem itaque erga te ipsum facito; tu sim es ille vir &c. Quare cum ut varietas delectet, nos etiam modos, secundum sacrum instituendi utrum jam assignarim, partim adhuc assignaturus placuit & hunc per Parabolas instituendum administrare; quod eo etiam ex capite libenter incho, quod, cum Sacerdotes Evangelia, in quibus Parabolæ continentur, frequenter pro Concione explicare debeant, id ipsum facilius & utilius praeflare queant, si primò easdem meditando ruminant; & in eadem meditatione ignis, seu Zelus ac desiderium alienæ salutis promovendæ exarserit. Neamen à Scopo talibus Exercitijs præfixo discenderem, easdem Parabolas sic ordinare studui, ut & quatuor hebdomadarum distributio servaretur, & propria cuique hebdomadæ meditationes assignentur, ut in progressu patebit.

MEDITATIO PROOEMIALIS.

Scopus.

PESIDERIUM AD EXERCITIA FRU-
CTIVOSE SVBEVNDÆ EXCITANDVM.

Punctum I.

Considera I. Cur Christus non modò ipse, antequam Prædicationis officium susciperet, in desertum per 40. dies recesserit, ut Matth. 4. legitur, sed etiam Discipulos suos ad similem solitudinem invitari dicens Matth. 6. *Venite sequamini me in desertum locum, & requiescite pusillum.* Nimirum causam esse, ut semoti à quotidianis curis, & hominum turbis seipso inspicerent, & quid ad suam aliorumque salutem abundantius promovendam decesset, à Spiritu Sancto edocti intelligerent.

Considera II. Quantopere tu quoque opus habeas ejusmodi quiete, utpote qui toties hactenus expertus sis ab ordinariis

narijs tuis officijs, curis, desiderijs, negotijs &c. Spiri-
tuum propemodum oppressum esse, atque adeo nihil ago
quam liberam respirandi in Domino facultatem desiderio.

Considera III. Cum Christus ultrò te, tamque beatus
ad talem solitudinem & quietem invitet, quam grato sum
tantum beneficium agnoscere, quamque adeo prompte
Iunctate eundem in desertum spirituale sequi, omnibus
in rebus, quas tibi ibidem aut omittendas, aut exequenda
præscriperit, perfectè obsequi debeas, id quod facias, in
tris tui spiritualis ductum in omnibus accurate ostendere.
Colloquium ad SS. Patronos, quos rogabis, ut feliciter
secelsus hujus successum Suffragijs suis à DEO impo-
sonentur.

Punctum II.

Considera I. Cum ex una parte noveris, cā potissimum
causa à Christo te in solitudinem duci, ut loquaris in
tuum, illudque emolliat, ac cum suo corde uniat, ut fave-
secundum cor DEI; ex altera verò parte iterum proposito
perientiā didiceris, quam durum ac difficulter flexibilis
cor tuum, utpote quod à tot tamque efficacibus Christi
periорūmque ac Patrum spiritualium adhortationibuscum
litum non fuerit, quantopere desiderare deheas, & vero cum
suppliciter à Christo rogare, ut in his exercitijs efficaciam
quendam modum adhibeat, ad idem cor tuum expre-
sum, & voluntatem tuam Sanctissimæ illius Voluntatis per-
fectè aliquando subiiciendam.

Considera II. Quod jam olim Christus nullem ali-
modum frequentiū quam per parolas loquendi ad-
xit, idque duplice potissimum de causa, ut Scripturam in-
tutur, tum quia scilicet Parabolæ propter collationem scri-
ptorum eum spiritualibus miris modis affectus nostros con-
tiunt, voluntatēmq; nostram ad quocunq; volunt; pre-
vent, uti Nathan in Davide expertus est; tum quia dicitur
per parolas tanquam sensibles species proposita firmare
memoriae adhærent, uti vel nos ipsi quotidie experim-

Considera III. Cum hunc ipsum modum Christus cri-
tice in his exercitijs adhibetur sit, quanto cum desiderio &
insignis alicuius fructus reportandi te ad illa accinget,

cc. Spurius
nihil neg-
m defide-
que bene-
grato-
promptus-
omobus-
e exequi-
facies, is-
at, ut ob-
O impo-
otissimum-
quarum at-
at, ut fave-
a proprie-
flexibili-
s Christi, je-
onibus con-
& verbo-
efficaciam
n expug-
luntan-
alleum al-
odi adhuc-
tarrij met-
nem festi-
stros cui-
ant; pater-
iai doctri-
ficta; fum-
ritus cui-
derio; &
inget;

Samuelis assiduò ingeminare debeas: loquere Domine, quia audit servus tuus. Colloquium ad B. V. rogando, ut remadmodum illa omnes Christi Parabolæ, & alia verba diligenter conservabat, conferens in corde suo, ita sicut lumen tibi quoque à Filio suo gratiam impetrare dignetur.

Punctum III.

Considera I. Quid potissimum requiratur, aut conducat, ut quis oratum ex tali solitudine & conversatione cum Christo fructum reportet, nimis duo hæc, ut omnia impedimenta, quæ obstat possent, quod minus Christi vocem perfectè facilèque percipias, fortiter removeas, & ut copio-
lum lumen obtineas, quo doctrinam in parabolis proponen-
di contentam clare intelligas.

Considera II. Quænam illa sint impedimenta, quæ tibi plus nullum obstat posse videntur, nimis negotia, curæ, conversatio humana, & affectus quicunque inordinatus er-
gæ creature; vide proin, quomodo hæc removere, omnésque animi vires ad Christi vocem & doctrinam excipiendam convertere velis.

Considera III. Unde lumen illud spirituale, quod secundo loco necessarium tibi esse dixi, petere debeas, videlicet ab igne, qui in die Pentecostes supra Apostolos descendit; inde supra ipsum Christum, antequam in desertum secederet. Da operam prouinde, ut ad Christi exemplum prius baptizatis aquâ sinceræ contritionis aut pœnitentia, ut tan-
tissimæ fias ad hunc divinissimum ignem dignè suscipien-
dam. Colloquium ad Christum, in quo præter alios affectus illa Sponsæ verba frequentius repeteret proderit: sonet vox tuæ in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua deco-
ta. Aut certè illa Apostolorum: Domine, quò ibimus? ver-
ba vita æternæ habes. Subjunges insuper hymnum Veni S.
spiritus, eoque tam necessariam ejusdem Numinis assisten-
tiæ demissæ petes.

Legatur ex lib. de imit. Christi l. 1. c. 20. & illa maximè verba bene perpendantur: in silentio & quiete proficit anima devota, & discit abscondita scripturarum. Ibi invenit fluentia lacrymarum, quibus singulis noctibus se lavet, & mundet, ut conditori suo tanto familiarior fiat, quanto lon-
gius ab omni sæculari tumultu degit. Pro